



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

3. Quid Theodoretus & Polychronius hac de retradiderint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

Quid Theodoretus, quid Polychronius hac de re tradiderit.

Theodoretus in huius capituli expositione, regno Israelis non 390. sed 150. annos duntaxat tribuendos putat, quasi Propheta indicaret tempus, post quod Ierusalem rursus aedificata, muroque cincta est, aliæ autem Urbes, & Israel & Iuda receptis incolis restaurata. Hoc autem, inquit, factum est, anno 20. Artaxerxis filij Xerxis. Et paulo post: Quod si quis etiam annorum numerum veteracurate perdiscere, principium numeri capiat annum quintum captiuitatis Iechoniar: ab illo enim quadraginta numerauimus. Comperies enim quadraginta vsque ad annum primum Cyri Persæ, indereliquos Cyri 29. tum Cambyses 7. deinde Darij Hystaspis 35. præterea Xerxis 20. & Artaxerxis vnde viginti. Anno enim vigesimo, Urbis muros præcepit aedificari. Deinde occurrit obsecutioni, qua quis dicere possit, non Israelitas, sed Iudæos Urbem Ierolymorum instaurasse: ait enim post reditum inter Iudam & Israel, diuisionem quæ antea fuerat non remansisse, sed concordēs & vnanimes omnes qui redierant Ierusalem pariter incoluisse.

Supputatio Theodoret.

1. Quadraginta igitur annos, qui Iudæ attribuantur supputat ab anno quinti transmigrationis Iechoniar, vsque ad redditam Iudæis anno primo Cyri libertatem, ratus Ezechielem anno trigesimo captiuitatis Babylonicæ, suam Prophetiam exorsum: inde vsque ad initium Cyri annos 40. colligit, idque ex eo confirmat, quod Iechonias dicatur anno vno Euilmerodachi è carcere eductus. Balsasarem ait tres annos deinceps regnasse, eique successisse Darij Medum, cuius anno primo Daniel intellexit annos 70. desolationis Ierolymitanæ completi. Maldonatus de annis 40. Iudæ, Theodoro suffragatur.

Explicatur.

3. Verum ex notis in 5. vers. huius cap. patet, numerandos esse annos 390. ubi Theodoretus non nisi 150. putat, ac proinde totam illius supputationem corrucere. Deinde ab anno quinto transmigrationis Iechoniar, vsque ad solutam Cyri Iudæorum seruitutem plures anni quam 40. decurrerunt, vt ex Beroso, Iosepho, Ptolemæo & sacris interpretibus alibi ostendi. Tertio, assertis libertatem Iudæis Cyrus vix nouennio superstes fuit, tantum abest, vt inde imperarit. Quarto, Cambyfis & Smerdis imperium octo annos tenuit, Darij Xerxis & Artabani circiter 21. Quinto, non est ratio cur tempus illud 150. annorum, quod Theodoretus Israelitis deputat, non potius Iudæis adiudicetur: Iuda enim pars maxima extitit illius captiuitatis, liberationis atque restorationis Ierusalem; vt Villalpandus aduertit. Sexto, nullum suppetit argumentum, quo illos 150. annos, iniquitati Israelis adscriptos, à quinto transmigrationis

Corrigitur multipliciter.

Quæst. Chron. P. 3.

9

Iecho-

ipi

logia
menti

P.
H. Philij

Chrono
logia
vet. Testa

A 11
17

Iechoniz auspicemur. Iam enim annis abhinc fere 130. decem tribus debitas suis sceleribus pœnas dabant. *Septimo*, ex hoc Theodoretus nisi quinquennium ab obitu Nabuchodonosoris, vsque ad finem primo Cyri finitam interuenisset, quod nullo modo admittebat, ad meliorem computationem hic auctor suos calculos reuocant, et annos 70. seruitutis sub Cyro solutz, accersit à tẽpore Ioakim filij Joazepe anno quarto regni illius, vt latius retuli 2. Paralip. q. 2. num. 12. Item ex illius posteriore sententia multo plures annos quam 40. effusum anno quinto transmigratiõis Iechoniz, vsque ad illum quo Cyrus liberibus in patriam redeundi cõpiam fecit.

*Polychrono-
mij ratio
misi falsa.*

4. Polychronius, vt obseruant sacri interpretes, pro annis 390. Iſraelis iniquitatibus imponit, eosque ab anno Osee penultimo deducit eum veſtigalem Aſſyrijs factum, & instante anno Sedeciz vnde ceteros arbitratur. Secus autem se res habet. Amoni enim filio Manasse 12. Chronologici, sed biennium solummodo debetur, nec est quicquam suadeat ad annum vnde ceteros Sedeciz instantem, anno 3. iniquitatis esse expletos, de quibus hoc loco Deus ad Prophetam: *ego dedi vobis annos eorum, &c.*

QVÆSTIO IV.

Quid alij plerique hac de re senserint.

*Opinio
quorundã
Rabbino-
rum.*

1. Rabinis David Chimhi, Selowo, & Tahi, quos, inquit Prædicator multi ex Catholicis interpretibus, nomine iniquitatis intelligunt, eamque in 10. tribubus annos 390. in Iuda 40. perdurasse autumant. Vnde summam 390. annorum colligant, accipiunt in primis, 149. ab anno primis melech, vsque ad vltimum sacerdotij Heli, alios vero 241. ab anno primis qui peccare fecit Iſrael, vsque ad 9. Osee, vltimi regis Iſrael. Annos 241. tribus in Iuda, constant ex 16. primis annis Manasse, biennio Amon, 2. Joakim & Sedeciz.

*Confutatio
1.*

2. Hanc numerandi rationem iure explodunt Villalpandus & Ceteri quia in primis tempore Iudicum, domus Iuda à cæteris tribubus autumant ac proinde istius opinionis auctores solis 10. tribubus dololantur, quibus tantis impurant, quasi ille à reliquis abstracta peculiarem populum tenuerit. Deinde licet iniquitas non nisi ad 10. tribus referatur, non est cur ab Abimelech fluxisse censetur, cum multo ante, Hebræi ab aliis falsos Deos coluerint: Id enim perpetrarunt, antequam Deus illos Osee suscitaret, vt videre est Jud. 3. v. 6. & seqq. Et cap. 4. v. 1. Adhuc: *si esse malam in conspectu Domini post mortem Aia. Idem eos post Bala, ante*

*Confutatio
2.*